







1794 nr. 4 ba identisch mit 4c  
" 4bb " " 4d  
" 4f ist fälschlich hinter 4g eingebunden.

1795

1. Hommel, Christianus Paulus: Ord. jur. bii. . . docum: lectri benevoli s. p. dict. (ad Reputacionem Ritteri Alberti Schmidti iustit) Exponendar. Quendam de iuribus ecclesie Scholasticis singulatibus in mittu.
2. Hodges, James Tanguay Codrus: Ultima photomphica scripturae interpretationis, quam commendavit Kantius, admissa ponit in explicatione N. T.
3. Kuegelius, Ernestus Augustus Christianus: De legi commissionaria speciatione de processione actionis ex ea datae
4. Holzknecht, Ernestus Fridericus: De iuribus, quibus et a quac propositis licet in terris Electri Saxoniae subjectis.
5. Stuhel, Christopherus Probus: De iuribus praenarrum capitulum, quae in Saxonia oblinent.
6. Stuhel, [Stuhel'], Christopherus Codrus: De jure liberorum illegitimorum successori in venturis boven paternorum secundum Iuriam Saxonicam leges, artum publicum, et usum fori Saxonici.  
6<sup>a</sup> Titius - 6<sup>b</sup> Titius,  
6<sup>c</sup> Titius - Neumann  
6<sup>d</sup> Titius - Leibnig

7. Triller, Carolus Fridericus: Observacionum de pacis  
iustitiaeque primis ex placitis iuris naturae recte  
certimannis specimen 6.
8. Wormstorffius, Thielius: 03 d. Janv. . . . Decimus: Pectori  
benigno salutem (et populacionem in ang. Marti Festo  
Pectorum invita)
9. Wormstorffius, Thielius: 03 d. Janv. . . . Decimus: (ad  
Populacionem in ang. Ponti Silomini Festo invita)
10. Wormstorffius, Thielius: Disortates, sive que disperguntur: An  
os legibus Iudiciorum, fractas industriaes, maxima labore  
parte peracta, semper supructuari carent.
11. Niesandius, Georgius Stephanus: De 21 In iurando manu solata  
vel pectori imposita.
12. Niesandius, Georgius Stephanus: Augustio forensis quatuor  
Pectoris contractis a feminis facta ut videntur.
13. Jakunius, Carolus Falmo: Origines contionum, quae in  
imperio Sacro Romano Germanico celebrantur.

1<sup>a</sup> Bochmer

1796.

1. Hommelin, Christianus Gottlieb: De paene cito, quis ex

marmoreo est, iuri deliquit. 18 Kreysig - Elbers

1<sup>c</sup> Kreysig 1<sup>d</sup> Kreysig 1<sup>e</sup> Kreysig 1<sup>f</sup> Kreysig

2. Thalitz, James Augustus Hieronymus: De substantiatione

2<sup>b</sup> observationis: his et principiis pris. Secundis.

2. Tidius - Lichtenberg

3. Wiesantius, Georgius Stephanus: Ord. iur. ... et de causa:

fori generali silentio ad regulationem iuris. Consil.

Gottuli Bratzei, iurist,

4. Wiesantius, Georgius Stephanus: Recuperationes iuris

5. Wiesantius, Georgius Stephanus: De usu et effectu iuris iuris  
pragmatici; 1797 1<sup>a</sup> Bochmerus, Rogers Randolphus: De plantis  
monstrosis praesertim a Caravilles dispositis.

1797 1<sup>b</sup> Hoffmann

1<sup>c</sup> Ingricke, Thielab Fridericus Christopherus: De jure sociorum  
militaris armatae contra Anglos.

2<sup>d</sup> Knebel, Ernestus Gouffre: Collegii iuris ... et de causa:

1. b. d. / ad regulationem iuris. Gottuli Friderici Christi.

Ingricke iuris, Thielab Fridericus Christopherus

2<sup>e</sup> Knebel

2<sup>f</sup> Kreysig - Ronet

3. Zacharie, Carolus Tolomeus : *Indicatrix Hispaniae* a fundo  
sive acquae et sine retinente probatae.

7. Zacharie, Carolus Tolomeus : *De Libtate Romanorum et civi-  
tatis Germaniae ab invasa.*

5187  
6  
1744 4a

COLLEGII IVRIDICI  
IN  
ACADEMIA WITTENBERGENSI

H. T.

DECANVS

D. ERNESTVS GOTTFR. CHRISTIANVS  
KLVEGEL

DIG. VET. P. P. O. CVRIAEC PROVINC. ELECT. CONSIST.  
ECCLES. SCAB. ET FACVLT. IVRID. WITTENBERG. IV-  
DICII ITEM PROVINC. IN LVSAT. INFER. MARCH.

ASSESSOR

L. B. S.

---

In eft  
*de transactione in causa metallica in primis  
venarum.*

GOTTESHEITEN HUDBIC  
VON D. JACOBUS DE LIPSIIS  
DE GAVRIEL  
DE MESTRIS GOETHEM CHRISTIANAE  
KLAEGE  
DIE VATERLÄNDISCHE ERBARTER, SAVINCI, ETC. CONSISTAT  
SOCIETAS SOCIA ET BAGIAT, TURCHI, WITTENBERGIANA  
MICHI LITERATORE EX LITERAT. IN TEC MECO

BRUNNEN, 1750.

**T**ritum illud Germanorum proverbiū: *ein magerer Vergleich ist besser, als ein fetter Proceß*, utrius est, interprete Krausio in tract. *Syn. proc. L. I. Cap. II. Sect. III. §. 4.* *macre concordium quavis sententia pingui*, ita confirmatur experientia, vt plerumque parum lucri consequatur victor. Spes ipsa victoriae anceps est, et lubrica, non tantum propter varias ICtorum in his, vbi de iure et de interpretatione quaestio est, easque nonnunquam minus constantes opinione, unde deriuandum aliud proverbialiter dictum, ultima sententia est optima sententia, scilicet non, quia optima, sed, quia ultima est: verum et iam ob exceptions replicasue, quibus pars vitur altera aduersus alteram, et ob incertum, quid testes sint dicturi, quanta futura sit vis probandi documentorum, quae ab aliis possidentur, aut, si res conscientiae aduersarii relinquenda sit, ob metum vel perjurii, vel reservationis, quae dicitur, mentalis, vel ignorantiae, quod ad iurisurandi finem et effectum, vel in iurando leuitatis, vel erroris in opinione de eo, quod factum est, vel denique, in primis si de credulitate, uti solenniter dicimus, iuraandum sit, ob aliorum persuasionem, quibus, si narrata ad commoda faciunt augenda, sine damna auertenda, credimus facilius. Ad hacc accedit, vi saepissime expensarum quantitatem omne pretium non compenset, quo obiectum litis aestimandum est. Quod quamvis commune esse videatur omnibus fere humanis negotiis, vt impensa, temporis saltim, in quo ipso tamen ingens positum est pretium, longe superent utilitatem; vix enim alia excipi poterunt, quam si expleas, aut amicitiae et honestatis officia, aut ea, quae munus tibi in republica mandatum, vel ars postulat, quam profiteris: tamen in reliquis semper aliquid inest amoenitatis, lis vero taedii plena et molestiae. Rariores enim sunt ii, qui cum voluptate litigant.

Quae cum ita sint, homines, quibus cum aliis fuerunt controversiae de quodam iure, consilium ceperunt, eas amice componere

et de iis transfigere, quod apud omnes gentes et omni tempore ita factum esse, ut si etiamnum, ipsa res docet. Ita Romani ante, quam debitorem in ius vocabant, quid possint per disceptatores domesticos, amicos scilicet, quorum opera ad controuersiam componendam vtebantur, proficere, periculum faciebant: quin in ius iam vocati in ipsa ad praetorem via, ubi vindex sive fideiussor desiceret, transactione a lite librari studebant, ut egregie ex verbis Sanctissimi generis humani Liberatoris *Matth. Cap. V. v. 25.* iuncto loco XII. Tabb. demonstravit Heineccius in *Syntagma antiqu. Rom. iurispr. illustr. L. IV. tit. VI. §. 18.* et *not. m. ibid.* Neque dilatio temporis, quae data fuit antiquitus apud veteres Germanos citato, aliam habere videtur caussam, quam hanc, ut reus deliberare apud se potuisset, anno satius esset transactione litem finire, quamvis id spatium etiam ad exceptiones praeparandas impendi potuisset. Dilationem autem olim etiam reis datam esse, cum ipso ex *Tacito de mor. Germ. cap. XI.* paulo tamen obscurius, tum certe ex mediis aeuis legibus, v. g. *Leg. Sal. tit. XL.* et *XLIII. Leg. Wifgoth. Lib. II. tit. I. rel.* manifestum est. Postea coepit partium litigantium alterutra, sive sive tantum inchoata, sive etiam per aliquod tempus iam acta, rogare iudicem, ut tentaret, num aduersarium persuadere possit ad admittendum ea, quae sit oblaturus: quin ab ipsis iudicibus hoc coeptum est, ut impertiret ei negotio officium etiam nobile, et non rogati diem constituerent, quo inter partes concordiam restituere conatur sint. Tandem passim per leges publicas, veluti in Saxonia Electorali *Ord. Pr. Rec. tit. I. §. 1. sequ.* iussi sunt iudices statim ab initio litis diem litigantibus ad eam rem, quatenus fieri potest, perficiendam dicere. Alienbi ad officium iudicis ex legum praescripto pertinet, ut id etiam, dum causa iam traetatur, faciat.

Quodsi in omnibus controuersiis transactione suadenda est, profecto in causis metallicis, iisque proprie talibus, ut transactione futura lis praecidatur, prudentia postulat et iuridica, et oeconomica. Quam ob causam passim in legibus ad res metallicas pertinentibus index iubetur omni, qua pars est, scilicet sine morositate et rusticitate, diligentia, ut, quae initium coepit, item amice componat, aduocatis etiam remotis, operam dare, ut in Saxonia Elect. *Berg-Resolut. d. a.*

1709. §. 52. in Cod. Aug. T. II. p. 396. Berg-Ord. d. a. 1589. art. XCIII.  
 C. A. ib. p. 221. in Bohemia: Joachimsthal. Berg-Ordn. P. IV. art. 4:  
 secundum Baussii inst. iur. met. Tit. II. Cap. XI. §. 17. siue art. I. in ea  
 ordinat. quae prodit a. 1548. in Margraviatu Brandenburgensi  
 Franconico: Markgr. Brandenb. Berg-Ordn. d. a. 1619. art. CXXI. in Illus-  
 tris de Wagner Corp. Iur. metall. p. 495. Quod ut eo melius atque dili-  
 gentius fieri possit, inspectio ocularis iudicialis rei litigiosae, et, vbi opus,  
 in ipsis fodinibz utiliter antecedet, quae perfici ante amicabilem tracta-  
 tionem a iudice nonnullis legibus iubetur, vt in Württemberg. Berg-  
 Ordn. d. a. 1597. I. Th. 1. Art. in Wagneriano Corp. I. M. pag. 573. Quac  
 supra scripti, non esse causarum patronos admittendos, ne scilicet  
 eorum adhortationes clientis animum ad item praferendam concor-  
 diae induent, magnam habere potest utilitatem. Hoc in lege Bohe-  
 mica, Patent die Bergwerksgerichtsbarkeit berreffend, d. a. 1781. §. 20, in  
 laud. Corp. Iur. met. pag. 21. expressis verbis praescribitur, vt, quod ad diem  
 concordiae tentandæ causa dictum, partes inbeantur ipsae, in persona ut  
 dicere solemus, comparere. Per excellentiam autem appello causam  
 metallicam eam, quæ agit de rebus dubiis infra terræ superficiem, in  
 quibus præ ceteris commendanda est concordia. Evidem ad causas  
 metallicas plurima omnino negotia referuntur, quæ, ut alibi, veluti  
 in Schönbergii Entwurf der Churf. Sächs. Berg. Proc. Ordn. adiecio eius  
 Berg. Information art. 2, et apud Krausium tract. proc. iud. L. II. c. VII.  
 §. 2. ita longiore indice enarrantur in ea, quam supra excitaui, lege  
 Bohemica d. a. 1781. §. 2. 3. 4. Si vero de contractu in negotiis metal-  
 licis eiusque interpretatione quaestio est, si de seruitute metallorum quae-  
 rentis in alieni agri superficie, de eo, virum ius metallicum ritè at-  
 que legitime acquisitum conferuatumue sit, de solo eo, senior quis  
 sit an iunior, de hypotheca in fodinam eiusque prouentus constituta,  
 de generali iure metalli fodiendi, de officio fodentium, vel potius  
 praecedentium, lapides extrahentium et auehentium, contundentium,  
 liquantum et specificantium, eorumque praefectorum, et de mille  
 aliis, quæ vel statim in oculos incurvant, scriptura, testibus, atque  
 rei facie externa probantur, quamvis causa sit metallica, in foro suo  
 agatur priuilegiato, aliis utamur verbis nominibusque, et modus, quo

## VI

causa geritur, propria ratione, ad normam legum metallicarum composita, gaudet: tamen, quod attinet ad periculum causa cadendi, non videtur in ea id maius, quam in aliis causis, iisque non metallicis, esse, sed dubitationem de litis eventu talis res cum alia quacunque communem habet. Verum enim vero, si lis est de absconditis in terra, quin, quod multo maius est, interpositis media inter faxa eaque saepe durissima, et id quidem, quod difficultatem non unquam auget, in spelunca ingentem in altitudinem depressa, facile est ad perspiciendum, ad amicem rem dubiam componendam maximas adesse causas, multoque, quam quae sunt in aliis negotiis, maiores. Evidem iam Cicero in libro de diuina, L. I. §. 26. aurum, scriptis, et argentum, aes, ferrum frustra natura divina genuisset, nisi eadem docuisse, quemadmodum ad eorum venas percurrentur. Nihilo tamen secius, quae sit interna montis metalliferi facies, nunquam satis certum est. Indicia, quae nos spem concipere faciunt, plerumque dubia sunt et ambigua, quantumvis venae habitus ad quaerendum metalla allicit. Venae sunt etiam steriles, metallum nouiter inuentum inueniri iterum desinit, desinit ipsa vena, comprimitur ex utroque latere faxis, deflectit a via, quae directionis ipsius propria erat, mutatur in declinatione et obliquitate, reiicitur in alium plane locum, nexus etiam deficiente, imo extra limites fodinae, quos vocabulo Wierung significant, ut quoque difficillime eius continuatio reperiatur, diuiditur in plures ramos, modo diuergentes, modo iterum coquentes, dispergitur per frusta, praeciditur ab alia vena permeante ad eius latus eundem montem vel super eam descendente, coniungitur cum alia vel pluribus venis, atque ex hac coniunctione aliquam patitur mutationem, et quae forte alia sunt, quae spem minuant aut profus frangunt, imo ut decipiatur, efficiunt. Quae omnia cum incertissima sunt, et praeuideri, quia sunt occulta, nequeant, quin eiusmodi eventus nonnullis montium tractibus, veluti Iohann Georgenstadiensi, quasi sint proprii, natura enim, quamvis de his rebus quaedam regulae per experientiam a viris in ipsis negotiis peritis constitutae sint, ab his tamen regulis, quas illi praescriptis putamus, non raro recedit: manifestum fit, amicabilem compositionem in his causis maximopere suadendam esse. Potest

est enim, cum diu agitata est causa, fieri, ut secundum eum, qui summo iure sibi diuitias terrae vindicasse putabat, sententia ferri nequeat, vti factum est ante paucos annos in illustri controversia inter societas metallicas Freybergenenses fodinae, quae Himmelsfürst nominatur et eius, cui nomen Donat obere 3. 4. u. ste Maß est, cum post probationes peractas anno 1777. sententia secundum societatem Donaticam pronunciareretur ita, vt praecipio suppletorio de puto prius effuso pro seniore in fodina declararetur, quae quidem sententia, quam publicam fecit editor libri: über die Chursächsische Bergwerksverfassung pag. 20. in not. adi. cum postea fodinae Donaticae praefectus, ex antiquo rito stans super ipso, puto digitisque axi sculac extrahentis impositis, supplens iusiurandum iurasset, non potuit societati Himmelsfürsticae non esse maxime molesta, siquidem haec fodina omnium Saxoniae est uberrima. Accedit ad haec, quae commemorauit, si agitur de his, quae infra terrae superficiem sunt, neque ea iam detecta, quod non difficilis modo et ambigua, sed suntuosa etiam sit probatio. Ipsa demonstratio per venae crustas probe dignoscendas, quae necessaria est ex consuetudine vel lege, v. g. Churs. Mand. wie ber entst. Streit. in Bergsachen zu procedieren d. a. 1713. §. 22. fallere potest, Bericht vom Bergbau ir Abschn. §. 52. et quantos sumitus absumere plerumque debet probatio per laborem, minirum faxa praecedentem, de quo in laud. Mand. Sax. all. §. 22. videas.

Prae cacteris igitur in eiusmodi causis omnis opera danda erit, vt transactione lis finiatur. Neque tamen alias causas metallicas his exclusas esse volo. Considerandum autem videtur circa talen transactionem primo quaenam sint media, vt vtraque pars aequitatem in satisfaciendo alteri agnoscat, deinde dicendum erit, quid statuendum sit de personis, qui faciunt transactionem, tandemque, quae forma sit obseruanda, vt iure rata sit, explicandum esse existimo.

Ac primo quidem, cum transactione a sententia differat, et amice causa tractanda sit, necessarium omnino esse, nemo non videt, vt alterutra pars, reus in primis, aliquid offerat, altera, plerumque actor, id acceptet, quod oblatum est, vti ex ipsa transactionis patet descriptione, qua est pactum de re dubia dato aliquo, vel saltim promisso,

vel

## VIII

vel etiam retento. Sane est aliquis modus, quo omnis lis de re aut iure aliquo necessario finitur, dummodo, cum dubia res sit, de qua agitur, et quaelibet pars, sibi aliquid juris competere, credat, is in omnibus causulis posset inuenire locum. Quemadmodum enim, si quis fatetur debitum et soluit, aut ius, quod actor postulat, fatetur et concedit, amplius lite opus non est, ita quoque, si reus id emat, vel permetet, cuius causa actor sibi ius vindicat, vel alio quoconque modo auctorem praestet indemnem, controuersia optime ad finem perducetur. Hoc ipsum applicari potest ad eam speciem, cum lis super venas sit, sive magis, sive minus extensas, quae nostro idiomate verbis Gänge und Klüsse distinguuntur, sive in rimis, sive inter strata ortas. Reus enim ab omni lite liberabitur, si actoris fodinam redimat. Quod si placeat, potest vel tota societas metallicae rea premium totius fodinae, quae in aduersae partis dominio est, huic societati auctrixi offerre, vel illa rea singulis sociis actoribus premium partium suarum, sive cuxorum, vel idem singuli socii societatis reae singulis sociis societatis auctricis, vel denique singuli quidam socii reae societatis premium totius fodinae agenti societati. Quicquid ex his sit, nihil intererit, quamvis facilissimus modus sit ultimo loco positus, quem proxime excipitis, quem primum enarrauit. Nam tutissimum quoque et ad propositum finem maxime accommodatum erit, vt tota redimatur fodina, propterea quod, si restent cuxi nondum venditi, eorum domini ad desistendum a lite cogi nequeant, cum alias dolus paucorum sociorum reliquos suo fraudare posset patrimonio. Ne, vt existimo, plures quidem socii, qui hoc medio uti vellent, vel tales, qui domini multarum partium sunt, v. g. si decem sint, qui simul sumti centum cuxos possident, id suis contraclibus efficere possunt, vi reliqui suas partes vendere cogantur, cum in ea causa singulorum agatur res. Verum id longiorem videtur postulare tractationem, quam quod hac occasione explicari possit. Nam id quoque veniet ad considerandum, quomodo res se habeat, si de tota fodina in rem societatem, vel quaedam eius membra transferenda agatur, quibusdam sociis conscientibus, dissentientibus aliis. Redeo ad ipsam illam transactionis speciem, quae omnino videtur optima. Hoc consilio, vt mihi relatum est, in supra enarrata causa Donatico-Himmelsfürstica socii Himmelsfürstlienes

ses coeperunt cuxos singulos quosdam redimere a sociis Donatensibus,  
 verum infelici successu. Reliqui enim Donatici, sive forte suas par-  
 tes in fodina Donatica carissime aetimantes, vt ab earum emtione ab-  
 stanere satius duxerint Himmelsfürstici, sive pertinaciores in lite pro-  
 sequenda, noluerunt eodem modo litem componere, quae propter  
 hanc causam continuari debuit. Saltim, qui emerant cuxos Donati-  
 cos, id commodum habebant, vt, etiamsi Himmelsfürstica fodina  
 causam perderet, lucrum tamen pro rata eintarum partium ad ipsos  
 socios Himmelsfürsticos pertineret. Verum hoc quoque lucrum, cum  
 hi emtores vtriusque litigantis partes et rei et actoris sustinerent, per  
 sumitus ex vtraque parte conferendos admodum minui debuit, vt pro-  
 inde, si vera audiri, omni opus sit in hac specie circumspecctione,  
 ne ex acquisitione rei ad actorem pertinentis nouum darorum oriatur.  
 Iste autem modus locum quidem inueniet facile, cum fodina societa-  
 tis reae fructus fert, qui sufficere possint impensis, sive vere sit fru-  
 tuosa, Ausbeutzeche, sive symbola libera, die sich frey verbauet. Ve-  
 rum, cum vtraque fodina sumtuosa sive ita comparata sit, vt mem-  
 bra societatis a se ipsis, ex sua area, impensis operis ferre cogantur,  
 quales, Zubuszechen appellatae, fodinae sunt plerumque, alio omni-  
 no opus erit transfigendi remedio. Partes enim fodinarum sumtuos-  
 arum, quamvis iis in praefecturis tractuum montanorum sive nego-  
 tiorum metallicorum, praesertim ob aediculas in superficie, trabeatio-  
 nes subter illam, machinas, atque instrumenta, quae in fodinae patri-  
 monio sunt, pretium constitui, idque per singulos anni quadrantes  
 publice notum soleat fieri, tamen re ipsa, teste experientia, nullius  
 sunt pretii, et saepissime, vbi domino vacuae sunt, vel quia nullum  
 unquam haberunt, vel, quia iuri renunciavit, vel, quia dominio  
 in poenam impendi non soluti priuatus fuit, gratis a fodinae pre-  
 fecto offeruntur. Quis igitur in his acquirendis emendo utilitatem  
 queret? Neque tamen domini eas partes donabunt, cum, si id vellent,  
 controversia existere non posset. Ipsis enim ob impensis iam con-  
 sumtas, easque saepe magnas, haec partes non sunt sine pretio, quan-  
 quam eo imaginario et in sola spe admodum dubia consistente. Al-  
 terum itaque medium transfigendi hoc est, quo in controversiis qui-

salmo 99

b

buscun-

buscunque utimur saepissime, vt summa quaedam pecuniae redimatur lis, qua soluta, si de venis controuersantur, in continuandis operibus societas rea turbari amplius nequit, cum alias sequestrationi saltem opus sit, quod partim ipsa rei docet natura, partim etiam legibus praescribitur, vt in Saxonia *Mand. d. a. 1713. supra cit. §. 23.* Cum vero haec quoque, quam descripsi, ad transactionem perficiendam via repudianda videatur sociis reis, quia sumtus in sterilem fodinam iam impendendos noua symbola in bonorum suorum detrimentum augeri nolunt, superest alia transfigendi conditio, quam collationem, vel commixtionem, vel communicationem, vel, si nouum vocabulum veniam sit impetraturum, communificationem appellare possumus. Id autem, quod volo, in eo consilis, vt societas metallicae, quae litigant, vel quibus controuersia iudiciale imminet, nouam inter se ineant societatem. Idque fieri potest, prout res postulare videtur, dupli modo. Etenim possunt vel certa spatha areae fodinalis vtriusque sibi vicina conferre in commune, quo facto re ipsa noua oritur societas, cum vtraque transfigentium praeter ea spatia suam aream reliquam, suaque quoad hanc operam, et rationes separatas retineat, et tantum intra aream, quam communem fecerunt, communibus impensis labores continuentur, fructusque intra illam percepti inter socios vtriusque fodinae aequaliter, sive inaequaliter, prout conuentum, diuidantur. Ex tali societatum metallicarum pais nata est quaedam areae fodinae diuisio in solitariam sive propriam, et communem, eigenes und gemeinschaftliches Geld. Et hac ipsa transactionis specie in tractu montium Johann Georgenstadient, in quo hac nostra aetate fodinae rarius fructuosae sunt, recentioribus temporibus multis, quae imminebant, litibus ante, quam ordinentur, omnis praecisa fuit causa, veluti a societatisbus, quibus nomen est Frisch Glück et Neujahrsmaassen, item inter eas, quae appellantur Gabe Gottes et Römische Adler. Potest ei areae nouiter coniunctae proprium dari nomen, vt est illud Römische Adler, quod nomen Ipatio inditum est ex collatis areis orto, abillis a fodinis Frisch Glück, et Neujahrsmaassen. Sed et in his coniunctis, quae tanquam noua aliqua fodina non immerito considerantur, cum proprius suus labor sit, opus erit peculia.

peculiaribus societatis pro parte coniunctae ministris, certe praeter operas variarum classium, ut praecedentium, auehentium, feligentium, frangentium, comminuentium, purgantium sive, si mavis, lauantium, praefecto vel praefectis harum operarum, quibus ex frequentiori scandione (etiam si quorundam fore nulla sit) nomen est **Steiger**, plerumque etiam proprio fodinae, scilicet huius quasi nouae, curatore sive praefecto, qui a nostris hominibus montanis **Schichtmeister** appellatur, quando necessario quidem separatae ducendae sunt rationes. Haec tunc ad acquitatem proxime accedunt, si spatium vero similius determinari potest, quod controuersiae ansam praebet vel praebiturum est. Sed res potest esse magis perplexa, compluribus dubiis et impedimentis obnoxia, vt cautione maiore ex vna vel altera parte sit opus. Quae si ita sunt, possunt integras fodinae duea, quin etiam plures, coniungi, quae nomina etiam coniungant, et, sub coniuncto nomine pro vna fodina habendae, vno deinceps vtantur fodinae praefecto, atque eodem, vel, si labores plures postulant, iisdem operarum praefectis, quamvis lapides non in uno, sed in variis locis praevidantur, qui pro parte olim vnius, pro alta parte alterius fodinae proprii erant, quod in lege coniunctionis eo minus aliquid mutare debet, cum id quotidie fiat in fodina, quae nunquam cum alia fuit coniuncta. Ita ex duplice fodina simplex facta etiam est in trachu montano Iohann Georgenstadensi, cum fodinae sub nominibus notac **Neu-Jahr** et **George Wagsfort** commiscerentur. Nunc, cum anno 1783. coniunctae fuerint, nomen ita effertur: **Neu-Jahr und George Wagsfort**. Nonnullime, cum magnae lites pluribus imminherent fodinis, alia transactione his obex fuit obiectus, cuius inter reliquias conditiones etiam haec est, vt fodina, cui nomen **Gabe Gottes**, tanquam separata, plane desinat, et coniungatur cum fodinis aliis duabus **Gnade Gottes** et **Neujahrsmaassen** dictis. Eam ob causam in libro antigrapho mutatio quaedam nominum necessaria facta, vt nunc sint haec: **Gnade Gottes Stollen mit halbem Anttheile von Gabe Gottes**, **Neu-Jahrsmaassen mit halbem etc.** Verumtamen potest in ea causa quaedam oriri difficultas, quae ad divisionem iuris in fodinam pertinet. Hoc ius, sive id dominum dicas, sive aliud magis conuenire putas nomen, si societas sit

## XII

maior, *Gewerkschaft*, prout satis est notum, dividitur in Saxonia in 128. partes, quas Rure appellamus. Evidem si multae partes in coniungendis fodinis domino sint vacuae, res plana est. Fac enim alterius 60. cuxos, alterius 50. dominis suis vti, satis enim experientia docemur, in fodinis sumtuosis saepissime magnum numerum cuxorum superesse, qui dominum quasi expectant, illi 60. et 50. cuxi nondum implent numerum legibus determinatum. Quamobrem noua, si ita appellari potest, illa fodina, ex communione iuris duarum orta, bene consueto numero partium potest diuidi. Remanent enim adhuc partes domino carentes. Si vero sociorum numerus ita excreuerit, vt ex coniunctione cuxorum eorum numerus excedat legibus definitum, veluti si coniuncti additione cuxi constituant numerum 150. alter rationes ducenda fuit. Hic autem duplex esse via videtur. Aut enim minuenda est (quoad nomen, quia hoc ad impensarum vel fructuum diuisiōnē re vera nihil facere potest) quantitas partis cuiusque singularis, vt v. g. ex cuxo integro fiat  $\frac{3}{4}$  vel  $\frac{7}{8}$  vel  $\frac{2}{3}$  cuxi, vel alius, quemcunque copia dominorum postulat, fractus numerus oritur: aut numerus cuxorum constitutus augeri debet, vt fodina consistet non ex 128. sed ex 140. 150. cuxis vel tot, quot negotium desiderare videtur, quod, cum ipsa illa diuisio in 128. partes, quamvis legibus probata, tamen natura sua arbitraria sit, fieri potest quam commodissime. Prior e contrario modus, si quantitas singularium partium minueretur, aliquod in se habere potest incommodum. Necessarium enim esset, vt omnibus sociis noua de inuestitura dentur testimonia, ex quibus constaret, quod ad prissinos, ipsi concessionem esse, dimidium cuxum, vel cuxi duas tertias, aut septem octanas aut alias quascunque partes. Sed, cum non redderentur priora testimonia, quae data de integris erant cuxis, praeter incommodum scripturae et multos labores eorum, qui negotii metallicis sunt praefecti, id ordinem rerum aliquatenus turbare, et dubium nonnunquam parere, saltem heredes sociorum decipere potest. Neque puto quemquam propterea posteriorem modum fore reprehensurum, quod incertum sit, quanta nunc constituenda sit pars maior fodinae, quae constans ex 32. cuxis, *Schicht* nominari solet, item *Stamm* sive 4 cuxorum, cum nihil

nihil interesset videatur, utrum augeas numerum partium maiorum, an numerum eorum in qualibet maiori parte. Hoc tantum, ne ordo in rebus gerendis nimis disturbetur, negotii videtur postulare natura, vt is numerus eorum maior 128. eligatur, qui non solum sufficiat, vt in diuidendis euis neino, cui nihil dari possit, superfit, sed etiam commode, si partes maiores fodiuae constituendae sunt, sine fractione, diuidi possit. Ita in ea coniunctio, quam supra enarraui, laudabili opera praefecturae negotiorum metallicorum Iohann' Georgenstaedensis, vt legi in literis eam rem narrantibus, factum est, vt socio cuiilibet fodinae Gabe Gottes dictae pro vno integro euxo daretur dimidius in fodina Gnade Gottes et dimidius in fodina Neujahrsmaassen, et in his fodinis Gnade Gottes et Neujahrsmaassen numerus eorum augeretur usque ad 192. Potest etiam alia fieri diuisio, et quamvis alias ius Romanum inutiliter accommodetur ad causas metallicas, quippe quae apud Romanos singulare quodam iure gauisae vix videntur, tamen in eo tuto sequi poterimus Iustinianum et doctores iuris Romani antiquiores in doctrina de testamentis, vt ex aste pro rebus, quae circumstant, dupondium, tripodium faciamus. Hacc igitur de isto transigendi modo. Sed possunt etiam societas metallicae pacisci ita, vt promittatur agenti pars lucri, quam rea ex sua fodina sit habitura, sere ad modum eius iuris, quod sociis cunicularis (Stößner dictis) legibus et consuetudine competit ex prouentibus fodinarum, quarum commodum per cuniculum quoquis modo augetur. Forfitan adhuc sunt plura media, quibus metallicae controversiae tolli possunt, et quae varia causae conditio suppeditabit, quae peritioribus in his rebus inuenienda relinquon, in his sacris minus initatus. Praetera, quae proposui, ad controversias pertinent, quae de venis intra terram et inter faxa conclusis oriuntur. Neque de aliis, quae metalla spectant et negotia occasione eorum peragenda, aliquid dicendum habeo litibus. Vel possunt, quae scripta sunt, etiam non omnia, ad eas quoqne applicari, vel certe ad regulas componuntur communes transactionum in quibuscumque causarum controversiis.

Est itaque proximum, vt de personis agamus transigentibus. Nihil autem narrandum est de vniuersalibus ipsis, quae in quaenque

## XIV

necessaria sunt transactione, veluti ut mentis compos sit transfigens, iustaque aetatis, ut facultatem habeat de bonis suis libere disponendi, et quae sunt alia. Ea enim ex doctrina iuris vniuersi satis nota sunt, quin hic transcribantur, neque obscurum est, in eiusmodi causa tutorum curatorumque consensu opus esse. Sed cum, ut alia fere omnia, ita quoque talem, de qua agitur, transactionem facere possimus vel ipsi vel per alium, de ea potissimum re dicendum est. Habet societas suum ministrum principalem, quem apud nos fec. Mand. d. d. 26, Aug. 1713. §. 2. d. d. 30. Dec. 1718. et 20. Maii 1752. ipsa eligit, praefectum fodinae, quem curatorem etiam nominari reperi. Is alio respectu insitor societatis, alio syndicus est. De insitoris officio neminem fore, qui dubitet, propterea existimo, quod, quae alias insitoris sunt, scilicet cura reddituum, et impensarum a praefecto fodinae obseruanda, quippe qui curat, quae ergo videntur in utilitatem fodinae, et quae ex eius fructuum pretio accipiuntur, emtionem igitur lignorum, instrumentorumque, solutionem mercedis operarum, venditionem metallorum, et quae alia huc possunt pertinere, atque de his omnibus reddit rationes, de qua re consulendus Ampliss. Köhlerus Anleit. zu d. Recht und d. Verfass. bey d. Bergbaue in Thür. Sachs. I. Abschn. V. Cap. §. 13. cum aliis ab eo laudatis. Magis videtur ea quaestio anceps esse, an syndicus dici mereatur. Sane syndicus a Caio I. I. §. 1. D. quod cuiusc. vniu. nom. describitur sic, per quem agitur, sit, quod communiter (a societate) agi fierique oporteat; eaque descriptio ad fodinae praefectum, qui pro sociis recipit, expendit, soluit, apprime potest accommodari. Quid? quod hi praefecti exprefsis verbis, quicquid ad commodum societatis, a qua sunt constituti, facit, active et passiue bene gerere debere dicuntur in Mand. El. Sax. d. d. 26, Aug. 1713. §. 2. eandemque ob causam secundum hanc legem ii pro societate in ius vocari iubentur. Praeterea, quamvis fodinae praefectus societatis sit insitor, nihil tamen prohibet, quin insitor etiam sociorum mandatarius, aut procurator esse possit. Si obicias, praefectum fodinae procuratorem quidem esse communem, non vero syndicum, inutilis quidem in solo nomine videtur quacsita subtilitas: res tamen eo redit, vtrum societas metallica inter vniuersitates collo- cari

cari possit. Nupercime inter aduocatos in quadam causa latius de eo disputabatur, quorum cum alter id affirmasset, alter idem negabat, contendens tantum societas metallicas totius cuiusdam montanae regionis simul iunctas vniuersitatem constitvere, quod iterum ille negabat. Uterque minus recte. Primo enim, quod attinet ad alterius negationem, si vnius regionis societas cum societatis alterius vel cum quoconque alio negotium haberent, nihil video, quod obstat, quin haec quoque coniunctio societatum annumerari possit vniuersitatibus, quia vniuersitas aliqua ex compluribus etiam minoribus constare potest; saltim, id legibus prohiberi, non inuenio: deinde ex ipsis legibus omnium operarum, qui laborant in fodinis, sitis intra fines vnius praefectureae negotiorum metallicorum, societas, sub nomine Knappshafft, pro vniuersitate habenda, de qua videoas Köhleri *Hibrun supra all. Auleit. n. s. w. I. Abschn. V. Cap. §. 13. et II. Abschn. V. Cap. §. 25. sgg.* Tandem, ut alterius etiam consideremus inficiationem, non quidem omnis ex contractu nata societas pro vniuersitate haberi potest, quamuis publice permissa sit, veluti mercatorum aliquorumque, quas vniuersitates sine iure dixeris: tamen collegia aut vniueritatis appellari debent illae societas, quae constitutionibus principalibus confirmatae sunt, vt habes in *I. pr. D. quod eniuse. vnuis. nom.* Quis autem negaret, societas metallicas principali constitutione esse confirmatas, cum tot leges earum priuilegiis prospiciant. Eiusmodi societas non soluitur morte socii, aut renunciatione. Habet finem communem, habet res communes, arcem communem, quae quasi ad formam vniuersitatis pertinet secundum *d. I. n. §. 1. D. qu. cuj. en. nom.* habet igitur in praefecto fodinae etiam Syndicu[m]. Quid? quod sol eiis autifodinarum, vel argentifodinarum in ipso iure Romano iura vniuersitatis tribuuntur in *leg. cit. princ.* Obiciendum forsitan est, praefectum fodinae non eodem modo, ut alias ex praescripto legum syndicus, eligi. Non convocatur membra societatis, ut certo die electionis cauila compareant; id enim non molestissimum solam foret, sed etiam vix fieri posset, cum partim multitudine sociorum, quae plerisque fodinarum est, partim, quod maximum est, hoc quoque ei rei fit impedimento, quod ex sociis paucissimi in eo loco, ubi fodina est, habi-

## XVI

habitent; sed ingens eorum numerus degat plerumque in aliis locis,  
 iisque inter se mirum quantum distantibus, ut, ab his postulare, ut  
 conueniant, atque nonnulli eorum in iter impendant pecuniam, quae  
 longe excedat omne pretium partis, quam in fodina habent, inhumani-  
 num fere sit; neque etiam, ut in loco fodinae mandatarium speciali  
 instrumento mandato habeant, coguntur, quod non solum ipsis peri-  
 culosissimum, sed etiam toti rei metallicae, cum iste periculi metus in  
 hominum mente libidinem, spe lucri futuri societatis metallicis no-  
 men suum dandi et impendia patienter ferendi, facillime supprime-  
 ret, maximopere foret damnosum; quibus ex causis, suffragia dari  
 in scriptis magistratus iubet metallicus, litteris patentibus propterea ad  
 membra singula missis. Hinc cum cessest conuocatio, de numero  
 praesentium, qui syndicem elegant, nihil dicendum est, quamvis olim  
 praefentibus conuocatos fuisse, absentium vero eorumque, qui mandata-  
 riū non constituerant, nullam habitam rationem, concludere licet  
 ex Ordinat. Metall. Duci Georgii a. 1536. in publicum emissa art. 128. vers.  
 die Steiger und Schichtmeister in Cod. Aug. T. II. pag. no. Verum id  
 constitutum fuit eo tempore, quo fodinae vberiores pendebant fructus,  
 ut, homines inuitare ad confortium, opus non esset. Porro suffragia  
 non per capita, sed per partes, quae sunt sociorum in fodina, nume-  
 rantur, (sive, secundum dictum proverbiale, non numerantur, sed  
 ponderantur,) si fodinae praefectus sit eligendus. Perantiquus is vi-  
 detur in causis metallicis mos, quem simul commendat aequitas, ut  
 numerentur non personae, sed partes fodinae. Ita electionem pree-  
 fecti fieri debere, habes in modo laud. Ord. Metall. d. a. 1536. loc. alli  
 Legas idem in de Schönberg Berg-Information tit. Schichtmeister th. 2.  
 Aliud exemplum est in Mand. Saxi d. d. 26. Aug. 1713. §. 2. Tautum  
 autem abest, ut vituperari possit haec institutio, ut etiam ad metallica  
 negotia augenda valde conducat, siquidem alias, quamvis de proprio  
 cuiusque patrimonio agatur, tamen decem vel plures, qui coniunctum  
 unum cuxum, divisum in suas particulas, possident, plus valerent,  
 quam nouem, quorum quilibet dominus 10 cuxorum esset, et pati hi  
 deberent, ut illi de ipsorum pecunia disponant. Sed ne ipsis sociis  
 quidem, ex praescriptione recentiorum constitutionum, ut Mand. Sax.  
 d. a.

d. a. 1718. *supra excitat.* quēcumque volunt, vt alias sit in syndici constitutione, praefectum eligere permititur fodinae, sed tantum unam ex tribus vel, si sociorum contradic̄tio id postulet, quatuor personis a magistratu metallico commendatis. Hoc autem sapienter constitutum esse credas, quando plerique quidem socii alii in locis degentes, quis in loco, in quo fodina est, ad id munus aptus sit, resciuntur vel generatim de scientia rei metallicae ad eiusmodi officium absconde necessaria iudicare nequeunt, vt iis etiam ab his, qui talem praefecturam ambiant, imponi posfit facilissime. Tandem cum propter hanc causam, quod electio non omnino est libera, tum propterea, quod socii non conuocantur, id ad electionem fodinas praefecti applicari nequit, quod alias, cum vniuersitas syndicum eligit, obtinet, quod per maiora suffragia duarum tertiarum partium syndicus constituantur, sed in causa illa metallicā, quem maior pars membrorum totius collegii, eaque quod ad dominium talis, optat, is ad munus admouetur, de quo vide verba in lege et Schönbergiano libro supra laudatis, item *Ord. Metall. Sax.* d. a. 1589. art. 42. et in primis *Mand. El. Sax.* saepe all. d. a. 1713. §. 2. verbis: *wenn per maiora erwähnt.* Itaque in hunc modum ex multis partibus electio praefecti fodinae differt ab actu, quo vniuersitas alia syndicum sibi constituit. Verum haec differentia in forma eligendi id efficere nequit, vt praefectus pro syndico haberi non debeat. Nam sunt alia etiam collegia praesertim nobiliores, quae ista forma non vtuntur, atque, vt ab eo recedant, suo fere priuilegio tui sunt. Quae autem syndici sunt munera, ea quoque fodini praefecti. Haec cum ita sint, isque praefectus pro syndico societatis non immerito habeatur, consequetur exinde, posse eum, insciis quoque sociis, de venis, et quae circa illas dubia sunt, transfigere. Nihilo tamen feciūs id affirmare non ausim. Id enim, vt transfigat in causa controversa, non videtur contineri in eius mandato, quod inest in iure iurando promissorio ante praestando, quam ad munus admouetur. Neque etiam cautio, quam praefat, proprie propter eiusmodi negotia exigī videtur, sed propter emtiones, venditiones, locationes, conductiones, que, quas pro societate contrahit. Itaque mandatum habet, sed generale tantum, quod optime obseruat Auctor libri *Ueber die Chur-*

## XVIII

sächsische Bergwerkversaffung pag. 55. et distinctius illius Editor pag.  
*ead. not. h.* Non potest, egregie hic monet, aliquid pro societate fa-  
cere, ex quo illa damnum postura sit. Non quidem videtur hoc vniuersali-  
ter statuendum esse, cum, quae facit atque facere potest extra iudicium in  
causis ad administrationem fodinae pertinentibus, proxime ad speciale  
mandatum accedant; quin, si contraxerit, ex suo contractu iniudicio etiam  
agere et conueniri possit, quamvis tunc potius suo quam societatis nomi-  
ne gerat, quae peragit coram iudice; et, si citationem nomine societatis  
aceperit, societas condemnatur ex eius contumacia. *Mand. laud.*  
*El. Sax. d. a. 1713. loc. all.* Verum ea causa, quam tractamus, cum  
maximi sit vel fieri possit praeciducit societati, soli praefecti fodinae  
arbitrio relinquenda non est. Accedit, quod praefecti superiorem,  
etiam in suo officio, agnoscere debeant magistratum metallicum, vn-  
de apud socios suspicio ori potest, praefectum magistrati contradicere non  
suisse ausum, cum magistratus, cuius est suprema omnium  
fodinarum intra iurisdictionis sue fines cura, aliquid putet fodinae  
proficuum, ex quo ipse, praefectus, damnum redundare ad societatem  
existimauerit. His positis, nihil superest, vt transactionis causa  
considerate consulatur societati, quam hoc, vt socii singuli audian-  
tur, quod, quia maxima pars ab sensu est, scripture potest fieri. Sed  
in hac re arduum mihi atque anceps ad decidendum videtur, vtrum  
transactio maioris partis obliget reliquos contradicentes. Evidem hoc  
verum est, item, si possessores 70 kuxorum ab ea abhorreant, no-  
mine societatis inchoari aut continuari per *Mand. Sax. Elec. d. a. 1713.*  
*loc. laud.* non posse. Tamen hoc, ex mea quidem sententia, non  
videtur id efficere, vt conditions transactionis, quibus subscripti  
liti contradicentes, etiam ab his, qui transactioni contradicunt, im-  
pleri debeant, quibus, vt, non quidem societatis, sed suo tamen no-  
mine, litigent, permitti puto deberi. Hoc partim negotii natura  
comprobatur, agitur enim de damno siue saltim lucri amissione singu-  
lorum, non, si rem accuratius contemplamur, de re vniuersitatis,  
quod in primis ex symbolarum collectione fit manifestum: partim id  
ex ipsis legibus demonstrari reor, si verba *Mand. El. Sax. d. a. 1713. loco*  
*saepe laud.* der gemeinschaftliche Proceß seine Endschafft erreicht, senten-  
tiamque,

tiamque, quae latet in vocabulo *gemeinschöftlich* interpretetur. Quae si legi conuenienter scripta putes, in ea specie nulla perficietur transactio. Nam vix continget, ut conditionibus promissis stare possint, qui transactionem optant, quando aliquid quidem dandum, restituendum, relinquendum est aduersario, quod est in dominio vel condominio contradicitorum, neque tamen sine pretio, saltem in spe. Caeterum hoc planum est, si socii expressis verbis fodinae praefecto mandauerint, ut quous modo transigat de causa controuerfa, quod mandatum tamen alii quoque potest dari, ratum esse, quicquid is fuerit pactus. De dominis autem fodinarum solitariis, sive simpliciter talibus, sive cum assuntis paucis maiorum partium in fodinae iure sociis, quos Eigentümer nominant, nihil addo. Hi enim facillimo negotio ipsi transigunt, et, cum praefecto fodinae careant, Köhler l. c. I. Abschn. VIII. Cap. §. 21. ne per taleni ministerium quidem possunt litem componere.

Sequitur, ut de forma, quae obseruanda sit, nonnulla exponam. Quaelibet autem transactio iure communii, si pauca excipias negotia, extra iudicium atque in indicio fieri potest: Quo posito, transactionem in causa metallica, quamuis spectat ad venas sive in vniuersum sive pro parte controuerfas, extra iudicium etiam componi posse, existimabiler, ut tantum deinceps magistratus de ea fiat certior, ne que in dubium vocare volo, dari forsitan species ita comparatas, ut magistratus huic transactioni iure contradicere nequeat: non tamen vellem auctor fieri sociis, ut ad solum fodinae praefecti vel membra cuiusdam societatis consilium ad ea, quae proponuntur, assensu suo improuidi accedant. Possunt enim variae animi commotiones esse in causa, ut, quamuis sine dolo aut lucri cupiditate, rem totam ex ea tantum parte describant, qua videtur bona et lucrofa, atque hinc conditio ad accipiendum in primis apta. Quam ob rem multo consultum erit magis his, qui litem vel metuunt vel iam habent, ut omnia ad transactionem etiam pertinentia coram magistratu peragantur. Ad hanc accedit, quod, si de fodinis vel earum partibus realibus, (cuxi, de quibus hic quaestio esse nequit, partes quidem sunt, sed intellexuales sive incorporales; in solo iure consistentes) spatio nimirum

intrā fodinae limites, in alium quocunque modo, adeoque etiam tunc, si condominium constituitur, transferendis agatur, id fieri sine investitura magistratus negotiis metallicis praepositi nunquam permittatur, vnde planum sit, transactionem, quae tales in se habet conditiones, cuiusmodi sunt, quae supra, cum de mediis agerem, latus exposui, nisi a magistratu comproberetur metallico, omni vi atque effectu destitui. Sed sunt praeterea alia, quae commouere debent socios, vt in eiusmodi causa nihil fieri patientur sine magistratus praesepto. Nimirum secundum leges in officio suo praefcriptas magistratibus optimæ est cuiuscunq; fodinae suæ iurisdictioni subditæ conditionis, qualis nunc est, notitia. Ipse index semel, nonnunquam bis, per singulas anni quadrantes in cuniculos vel puteos fodinarum descendit, et, quid agatur, expiscatur, simulque suis videt oculis. Descendit etiam dirigendis operibus in fodinis faciendis constitutus, iuratus vocatur, bis, vel, vbi opus est, pluries, omnia lustrat, audit cogitata praefectorum fodinarum, et, quid sibi videatur ad augendum cultum cum totius in sua regione montanae rei, tum singularum fodinarum, et ad harum commodum conducere, probe perpendit, que fodinarum praefectorum consilia utilia exequenda, inutilia reicienda sint, secum reputat, et de iis omnibus ad magistratum, praefecturam negotiorum metallicorum, refert. His igitur viris, scientia rei metallicæ pollutibus, publica auctoritate constitutis, et iure iurando ad officium recte administrandum obstrictis, merito fides habenda. Quam ob causam confidere possunt socii metallifodinae, eos nihil, quod iis damnum asserre possit, probaturos, id vero, ex quo sperandum est aliiquid, fore admissuros. Quae cum ita sint, forma transigendi in causis his haec videtur optima. Quamus, vtrum ea in omnibus montanis regionibus obseruetur, me necire ingenue fatear, acta enim, quae talia comprehendebant negotia, nunquam versabantur mihi ob oculos: tamen, aliquando ita rem fere suisse gestam, ex scriptis, quae legi, habeo compertum. Et, lite quidem nondum mota, vel iuratus vel fodinae praefectus, et ille quidem forsitan, cum explorat inter descendendum opera, porticus, (si ita dicere licet) fossas, vias et cuniculos subterraneos, sive omnes speluncas, inptimis in quibus operæ laborant,

laborant; situm etiam venarum in fodina, obseruat aliquam vel suspi-  
 catur ex situ montis atque venae, item ex fine laboribus proposito, cau-  
 sam, quae controuersiae occasionem praebere possit. De ea igitur  
 iuratus vel ex propria scientia vel ex relatione praefecti fodinae, quam-  
 vis haec Iola ipsi secundum muneric qualitatem sufficere vix debeat,  
 vel ipse praefectus fodinae ad magistratum metallicum, adiecto con-  
 silio, quomodo lis auertenda sit, referat. A magistratu deliberan-  
 dum erit, utrum hac via, quae proposita est, vel alia quoque commo-  
 dius controuersia possit praecidi. Aduocandi sunt praefecti fodina-  
 rum earum societatum, a quibus lis est metuenda, quippe qui has  
 repraesentant societates. His auditis, re ex vtraque parte expensa,  
 oculari etiam, si opus sit, ab integro magistratu, et praesente parte  
 vtraque, instituta inspectione, et statuto ab his omnibus, quid aequitati et  
 fodinarum cunctarum, quae sive atricis sive reae partes deinde sint  
 in se susceptae, utilitate sit inferuitorum maxime, litterae patentes  
 ad socios singulos de ea re, vt consentiant, erunt mittendae per nun-  
 cios rerum metallicarum causa publice constitutos, qui, quia symbo-  
 las colligere apud exteros solent, plerumque Zubuſ-Bothen nominan-  
 tur. Si accidat, vnum vel alterum fodinarum, quarum intereft, praefectum  
 consentire nolle in id, quod reliqui atque magistratus aequum  
 putarunt, tamen exissimo ob summum societatum praeiudicium ma-  
 gistratum istas litteras ad socios dare posse. Suadendum est, vt man-  
 detur sociis, vt animi sententiam, vbi perlegerint litteras, perspicue  
 et statim ad suum nomen litteris patentibus suo ordine adiectum, ex-  
 ponant, atque simul adiiciatur, eos, qui id omittant, habitum iri pro  
 consentientibus. Natura summarii, quae est in omni tractatione re-  
 rum metallicarum judicialium, id excusat, si qua sint, quae eiusmodi  
 obiici possint agendi modo. Sed hoc quoque reor non inutiliter fieri,  
 vt in illis litteris tota res plenius exponatur, quae sit causa illa, propter  
 quam alteri societatis ab altera lis metuenda sit, quibus rei momentis,  
 cum illa, tum haec, defendatur, et, si sieri potest, ratio, cur ea,  
 quae transactionis causa proposita sunt, pro illo medio haberi possint,  
 quo facillime lis praecauenda sit. Ita posunt socii singuli eo melius  
 apud se, consentiendumne sit nec ne, deliberare, vel, si rerum me-

talicarum ignari sint, prout sunt plerique, peritiores de ea re consulere, si nolint suasiones sequi magistratus metallici. Iam consentientibus sociis transactio a magistratu confirmari potest, quamvis, cum omnis res iam apud acta et auctore magistratu tractata sit, id necessarium, nisi stylus curiae id postulet, vix putem. Magis autem opus est, si per transactionem aliqua dominii translatio, vel eius in condominium aliquod mutatio fiat, vt iusseritura consueta res perducatur ad finem. De solitariis fodinarum dominis nihil est, quod dicendum sit, cum praesentes sint, causam suam ipsi dicere possint, et, modo amicæ compositionis non plane sint impatiens, facillime plerumque viam, qua euitent litem, sint inveniuntur. Quae autem de confirmatione pacti vel iusseritura obseruanda forent, ea cum sociis metallicis habent communia. Neque addam quidpiam de aliis causis metallicis, quae fere omnes vel ex contractibus praefecti, vel singulorum sociorum, aut eorum negligentia oriuntur. In his rebus, si discedas a modo causas coram iudice metallico tractandi, vix erit, quod singulare aliquid in transactione præ causis non metallicis prodat. Postremo expoundendum videtur, numquae alia facienda sint in transactione, cum lis iam copta sit. Sed sunt omnino paucissima, quae hic mihi obseruanda videntur, cum describere superiora inutile fit. Primum igitur est, quod durante lite, causa saltim ex aliqua parte iam excusa, multo facilior sit via ad transigendum, siquidem, alterius alterius partis exceptionibus replicuisse quasi præparata, vel cum media probandi innotuerint, praeuideri fere potest sententia causam decidens, quae, quamvis incerta omnino, tamen vero si similis. Alterum est, vt, vel ob ipsam hanc causam, et, quod partibus nunc sint aduocati earum rerum periti, quibus etiam pro more omne mandatur negotium, nunc quoque tutius, constituto legitime syndico speciali mandato instruclio, transligi cum hoc possit. Scilicet si is, re omni bene perpenfa, utiliter se negotium mandantium gerere, sibi persuadeat. Nam enim quoque, si meticulozior et anceps est in definiendo transactionis effectu, explorare posse sententiam eorum, a quibus mandatum habet, manifestius est, quam vt debeat demonstrari. Caetera hic quoque eadem mihi videntur esse, quae supra sunt exposita. Et de ea re quidem satis disputatum esto.

Nunc

Nunc alia proponenda sunt. Est enim commendandus ex ingenio atque doctrina sua

## V I R

ORNATISSIMVS ET NOBILISSIMVS  
GVSTAVVS ALEXANDER BIELITZ  
LIEBENWERDA SAXO  
CANDIDATVS IVRIS VTRIVSQUE, ATQVE NOTARIUS  
IMMATRICVLATVS,

qui, quae huc usque vitae fuerit ratio, sequentibus enarrat.

**N**atus sum Liebenwerdae anno huius seculi sexagesimo nono. Patrem habui IOHANNEM ALEXANDRVM, Serenissimo Electori a consiliis in commissionibus camerae, et praefecturae Liebenwerdeensis praefectum, quem praecepsa morte 23. Ianuarii MDCCCLXXXII. mihi, fratribus, sororibusque meis exceptum, pio amore, et magno sui desiderio etiamnum deploro; matrem vero IOANNAM SOPHIAM DOROTHEAM, ex gente BERGIANA, nunc temporis CHRISTIANO AVGVSTO KVNAVO, Serenissimi Electoris aequae a consiliis in commissionibus camerae, et praefecto Frauensteiniensi nuptam. Prima literarum elementa hanc e lectionibus priuatis b. GOLDAMMERI, Artium Magistri, qui posthac apud Bethanienses prope Annaburgum sacra administrauit, nunc autem ante paucos annos ex hac vita ad coelites transgressus est. Deinde scholam Mishlbergensem frequenterui, e qua b. ROEDELI, illius scholae tunc Reectoris dignissimi atque fidelissimi, institutione in literis humanioribus instructior post biennium scholam Portensem petui, ibique sub ductu et auspicio GEISLERI, HANDII, b. EBERTI, BARTHII, HILDEBRANDI, WEISKII, LIEBELII, et SCHMIDTII optimorum praeceptorum, quibus quot et quantum debeo, verbis consequi non possum, per quinque felicissimos annos artes liberales colui. Anno aetatis meae decimo uno Vitebergam migravi, atque a S. V. D. DRESdio, Reectori t. t. Magistrico, numero ciuium istius Academiae adscriptus sum. Viros hic doctrinae fama celeberrimos audiui, in Philosophia nempe S. V. REINHARDVM, Exc. EBERTVM, et MEERHEIMIVM, in Historia tam universal, quam imperii Romani et Saxonica Exc. SCHROCKHIVM, in Iurisprudentiae vero disciplinis III. WIESANDIVM, KLÜGELIVM, et HOMMELIVM, nec non Exc. MENKENIVM, KOHLSCHÜTTERVM, et STÜBEL-

## XXIV

LIVM. Neque vero in hac literarum sede studia mea absoluū, sed hoc consilio adhuc in Academiam, quac Lipsiae floret, anno MDCCXCI. me contuli, in qua receptus a Reclore Magnifico BECKIO, interfui lectionibus philosophicis Exc. PLATNERI, Iurisprudentiam vero me docuerunt Ill. BAVER, RAVIVS, BIENERVS, et EINERTVS. Peractis ita studiis meis academicis, Praefide Ill. RAVIO, anno MDCCXCII. quatuor theses iuris controversi publice defendi, et paulo post, examine, quod pro praxi vocatur, non sine laude superato, Notarii etiam dignitate auctus sum. Lipsia decedens Frauensteiniam abiī, qua in ciuitate, tractui montano adscripta, parentes me non inuito animo receperunt, meque per biennium, quod ibi commoratus sum, tot tantisque beneficiis ornarunt, vt plura voto concipere nefas fuisse. Neque vero tempus meum Frauensteiniae vacuum negotiis transegī, sed, speciminiis meis, ex actis praefectoriae Freibergensis, Summo Regimini exhibitis, et ab eo probatis, Elector Serenissimus precibus meis concessit, ut munere Pro-Actuarii in praefectura Franensteinensi fungar, et duce patre meo KVNADO negotiis forensibus praecesse addiscam. Viam mihi denique munitorum consequendis summis in utroque iure honoribus Vitebergam redii, atque illustrem Iurisconsultorum Ordinem modestis precibus rogavi, vt is me ad examen pro candidatura admitteret. Precibus meis locum dedit illustris ille ordo, atque studiis meis primo examine probatis, etiam alterum, quod vulgo rigorosum dicitur, mecum beneule instituit.

In his examinibus Candidatus Nobilissimus Ordini nostro suam in omni iure eruditioinem egregie probauit, vt Illum etiam maxime haberet dignum, cui summi in iure honores tribui possint. Hoc consilio defensurus est sine praefide dissertationem, quam scripsit de iuribus singularibus atque immunitatibus ob rem metallicam in Saxonia concessis. Dies huic solennitati dictus est III. Iulii mensis, quam vt RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, COMITES ILLVSTRISSIMI, PATES ACADEMIAE CONSCRIPTI, OMNES DIVINAE HMANAEQUE SAPIENTIAE DOCTORES, GENEROSSIMI etiam et NOBILISSIMI COM-MILITONES sua celebrare velint praesentia, et Ordinis mei, et meo nomine, omni, qua par est, rogo obseruantia. P. P. Domin. II. post Fessum S. S. Trinit. A. R. S. MDCCCLXXXIII.


---


**ULB Halle**  
001 558 609

3



TH-DOC





10787  
1744 4a  
COLLEGII IVRIDICI  
IN  
ACADEMIA WITTENBERGENSI  
H. T.  
DECANVS  
D. ERNESTVS GOTTFR. CHRISTIANVS  
KLVEGEL  
DIG. VET. P. P. O. CVRIA PROVINC. ELECT. CONSIST.  
ECCLES. SCAB. ET FACVLT. IVRID. WITTENBERG. IV-  
DICII ITEM PROVINC. IN LVSAT. INFER. MARCH.  
ASSESSOR

L. B. S.

In est

*de transactione in causa metallica in primis  
venarum.*